



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Votum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10447

VOTUM.

Primò, qui dubitat se emisisse votum, an teneatur illud adimplere? Respondetur quòd tutiorem partem debet amplecti, nempe non emisisse, quia potior est conditio libertatis, Navar: *conf: 26, de vot: potest hoc probari à simili: nam in obscuris legatis piis, quod minimum est, comprehendere debet, ut si quis legaret singulis annis mensuram olei alicui Ecclesie, de minima mensura debet intelligi, nisi aliter se habeat consuetudo, Cov. cum aliis in ca: indicante, num: 4, de testam: Dyn. in ca: in obscuris, num: 4, de reg: jur: lib: 6.*

Secundò, si filius erit negligens in exequendo votum emissum à patre, poterit privari hæreditate, & etiam legitima, *ca. licet, de voto, & ibi Doct. Cov. in ca. si hæredes, num: 9, juxta medium, de testam.*

UNIO.

Primò, quomodo unio probatur? Respondetur, quòd etiam per testes, & per instrumenta, & ex præscriptione immemorabili. Aymon. *tract: de antiquitate, num: 74, Caputaq. decis: 344, & decis: 347, Rot: decis: 200, & 375, in antiquis, Fel: in capit. si diligenter, col: 10, ver: 9, de præscript.*

Secundò, an unio facta per Ordinarium, cum onere legendi sacram Scripturam, sit simoniaca? Respondetur, quòd non. Caputa. *decis: 348, p. 3, ca. sig-*

nificasti, de ele. c. significatum, de præb. vide superius, in ver: simonia, §. 13.

Tertiò, an legatus à latere possit unire beneficia juris patronatus, sine consensu patronorum, & non vocato Ordinario? Respondetur negativè, Caputaq. *decis: 450, p. 3, quia non potest unire beneficium in præjudicium Ordinarii, Aegid. decis: 513.*

Quartò, unio Monasteriorum monialium quomodo sit facienda? Respondetur ex Sac. Congreg. *declar. 191, in meis, in hæc verba: Unio Monasteriorum monialium est facienda, cum subest aliqua causa legitima, accedente ad id auctoritate Papæ.*

Quintò, utrum etiam beneficia vacantia, etiam affecta, possint uniri Seminario, ita Sac. Congre. *declar. 424, & Sac. Conc. Trid. sess: 23, ca. si juxta medium, decrevit, quòd etiam antequam vacent, etiam si vacant in Curia.*

Sextò, quæ sit causa potissima, qua Sac. Con. & summi Pontifices, & locorum Ordinarii impelli debent ad unienda beneficia aliquibus capitulis, parochialibus, hospitalibus, seminariis, vide Bul. Pii V. *quæ est 46, & incipit, Ad exequendum.*

Septimò, an Capitulum possit unire, vel præstare auctoritatem unioni, Sede vacante? Respondetur, quòd sic, *c. unico de major. & obed. lib. 6, dummodo per eam unionem nihil juri Episcopali detrahatur, & si dices, detrahatur juri Episcopali, quia per illam unionem privarentur Episcopi jure conferendi? Respondetur, quòd hoc non*